

Sermo

76

super dybon additamentū. id est ut de lacrimis ad lacrimas. de laborib9 ad labores transeant. ⁊ duplici con-
tritione conterantur. Contra secū-
dum puerbioꝝ. in. **D**isciplinā do-
mini fili mi ne abicias. quia sicut di-
citur hebre. xij. **F**lagellat omnes fi-
lium quem recipit. ⁊ ita signū est di-
uine adoptionis. Contra tertiuꝝ
pri. thimo. in. **N**on coneristemi-
sicut ⁊ ceteri qui spem non habent
Ecclēsiasti. xxij. **D**odicū ploza su-
per mortuum: quoniam requieuit a la-
boribus ⁊ miserijs huius vite Sicut
dicit apoca. xij. **A**modo iam dicit
spiritus ut requiescat a laborib9 suis.

Dominica tertia post octauas E-
piphanię.

Epistola. Roma. xij.

Fratres. nemini quic-
quid debeatis: nisi ut inuicem
diligatis. Qui enim diligit
primum legem impleuit. Nam nō
adulterabis. nō occides. non fur abe-
ris. non falsum testimonium dices.
non concupisces rem proximi tui. Et
si quod est aliud mandatum: in hoc
verbo instaurat. Diliges proximu-
m sicut teipsum. Dilectio proxi-
mi malū nō operatur. Plenitudo er-
go legis est dilectio.

Euangelium. Mathei. viij.

In illo tempore. Ascēdente
Ihesu in nauiculam secuti sunt eum
discipuli eius. Et ecce motus ma-
gis factus est in mari: ita ut nauis

tricesimus

76

cula operiretur fluctibus. Erat enī
ventus illis contrari9. Ihesu vero dor-
miebat. Et accesserunt discipuli eius
et suscitauerunt eum dicentes. Do-
mine salua nos: perimus. Et dicit e-
is. Quid timidi estis modice fidei.
Tunc surgens Ihesus imperauit vē-
tis ⁊ mari. ⁊ facta est tranquillitas
magna. Porro homines mirati sunt e-
dicentes. Qualis est hic. quia venti
⁊ mare obedunt ei.

Sermo tricesimus de euangelio.

Domine salua nos pe-
rimus. hec est oratio disci-
puloꝝum periclitari timen-
tium. In qua beniuolentiam domi-
ni caprant a tribus. scilicet a poten-
tia. a benignitate ipsi9. ⁊ a miseria sui
Et primo allegant potentiam cum
dicunt. Domine. quasi dicerent. Tu
qui dominaris potestati maris: limi-
tando ⁊ cohercendo illud. sicut quod ait
Job. xxvij. **C**ircum dedisti ter mi-
num mari. ⁊ dixisti. huc vsq; venies.
⁊ non preceDES amplius. ⁊ hic con-
fringentur tumentes fluctus tui.
Item commouendo illud sicut ait psal-
mista **A**ccinctus potentia qui con-
turbas profundum maris. Item
compescendo. sicut quod ait Job. in.
Post tempestatem tranqu illuz fa-
cit. Item diuidendo ⁊ desiccando.
Iuxta illud ysaye. li. **P**osuiti pro-
fundum maris viam: ut transirent
liberati.
Secundo allegant benignitatem cum
addunt. salua nos. quasi dicerent. tu
um est saluare. quia domini est salus
h. iij.